

Col la tum

JN NOMINE DOMINI AMEn

Nos Bolezlaus Dei gratia Dux Slesie et Polonie tenore presentium notum facimus universis presentibus et futuris ad quorum audienciam presens scriptum pervenerit, quod consideratis servitiis utilibus et honestis, que felicitis memoriæ Patri nostro Henrico Duci Slesie Cracovie et Polonie nobiscum sepius fidelis noster Miles et Castellanus in Kemnicz Siboto de nobili familia Ovium, cum multa fidei securitate exhibuit et singulariter ad edificationem castris nostri in Kemnicz multis modis impendit, de bona nostra et libera voluntate damus et concedimus sibi in bonis suis que hactenus ritè et rationabiliter ad prefatum castrum possidet in septem mansis plenam et omnimodam libertatem eidem et suis heredibus seu legitimis Successoribus et cum omni jure perpetuo duraturam. Ita quod ab

Col la tum

Col la tum

omni exactione petitione collecta sive auxilio permanebunt exempti. Contubimus etiam eidem et suis heredibus ipsum Castrum Kemnitz jure hereditario cum omnibus appertinentiis et utilitatibus libere in perpetuum possidendum. Nisi quod pro hac nobis donatione singulis annis sex marcas argenti puri in nativitate Domini in Wratisl: pondere mercatorum persolvat, et sic necessum fuerit cum spadone et uno Sagittario nobiscum ibit in Poloniam. Et ut hæc inviolabiliter observentur. In hujus rei argumentum presentem chartam Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Vratislavie 1243. feria tertia post festum S. Johannis Evangelistae. Præsentibus Comite Ratzlao Castellano Wratisl: Comite Taxe Castell de Svyne, Comite Stanislao Castellano in Gryffinstein, Domino Merbotone de Czetas in vriburg Armigero nostro Domino Peczkone fratre ejusdem in Cziskenberg et Nicolao Falconario aliisque quam pluribus ad testimonium Ydoneis.

Col la tum

Quod præsens Transsumptum, ex veteri quodam Libro Copiarum variorum Privilegiorum Ducatus Silesiæ extratum, habitâ diligenti et accurata collatione de verbo ad verbum, Copie præfato Libro infertæ, concordans ac conforme sit, officium ducalis Coenobii sancti Monialium ad. S. Claram Wratislaviæ super apposite Curiae Sigillo attestatur. Actum ibidem Die 30. Julij Anno 1718.

(L.S.)

In den schlesischen Regesten finden wir die Übersetzung dieser lateinischen Urkunde:¹

Siboto Schaffgotsch – Alt –Kemnitz 1242

1243, f. 3 p. Joh. Evang. Dec. 30. 1242

Breslau. Boleslaw, Herzog von Schlesien und Polen, ertheilt in Ansehung der nützlichen Dienste, welche der Ritter und Kastellan von Kemnitz, Siboto de nobili familia Oviu(m) (Schaffgotsch), seinem Vater, Herzog Heinrich, geleistet insbesondere bei dem Bau des herzoglichen Schlosses Kemnitz, demselben und seinen Erben in seinen Gütern auf sieben Hufen, welche er bei diesem Schlosse besitzt, volle Freiheit von Geschoss, Steuer und Hilfgeld, überlässt demselben auch das Schloss Kemnitz selbst zu erblichem Besitze. Doch soll derselbe für diese Schenkung jährlich sechs Mark reinen Silbers nach kaufmännischem Gewichte (pondere mercatorum) in Breslau entrichten, et si necessum (sic) fuerit cum spadone et uno sagittario nobiscum ibit in Poloniam. Z. Graf Ratzlaus Kastellan von Breslau, Graf Jaxa Kastellan de Svyne (Schweidnitz), Graf Stanisl. Kastellan in Greiffenstein, dom. Merboto de Czetasos (Zettritz) in Vriburg (Freiburg) armiger noster, dom. Peczco dessen Bruder in Cziskenberg (Zeiskenschloss, Ruine b. Freiburg) und Nic. falconarius u. a. V. Sinapius I. 130 mit dem falschen Datum die S. Joh. bapt., Sommersberg access. 32 mit dem Datum fer. 2. p. Joh. ev., doch ist dies nur ein Druckfehler, wie das Marginale zeigt, welches richtig f. 3 hat. Zuletzt bei Stillfried, Beiträge zur Geschichte des schlesischen Adels, Berlin 1864, p. 3, doch auch hier mit manchen Fehlern (consideraritis, contubimus, apertinentiis, necessum, Jaxo), welche zugleich zeigen, dass die Urkunde eben nur in späterer Abschrift erhalten ist. Dass bei dem damals üblichen Jahresanfang mit Weihnachten die Urkunde noch in's Jahr 1242 gehört, wird nicht zu bezweifeln sein.

Das Original ist verloren.

¹ Schlesische Regesten Codex Diplomaticus Silesiae T. 7, Urkunden Schlesische Geschichte bis 1250, S. 263/264